

377

Illustrissime et Excellentissime Domine,
Amice Observandissime,

173

De sincerrimo Illmæ Excellentie Vestrae affectu et pro-
pensione erga desideria mea apud Sac. Reg. Majesta-
tem insinuata, Generosus Kosciuszko me omnino certio-
rem reddidit. Multum me semper debere fateor Illmæ
Excellentie Vestrae quicquid in favorem meum evenit, at quam-
vis maxima cum solertia cuncta tum ratione eva-
cuationis à milite exotico, tum ratione contributionis
et rigorosae executionis Lublorum fuerint expedita
nullae tamen rationes admittuntur, nulla Rescripta
Regia in considerationem condignè veniunt, sed, ut ex
annexis videre est, etiam de facto proceditur. Ne-
gotium Piltinense quod attinet, quamvis id ipsum pra-
eter omnem spem et votum inductum fuerit, nihilomi-
nus tamen tum de magnanimitate Sac. Reg. Mris et
Reipubl. tum et de equitate Illmæ Excellentie Vestrae
confido, quicquid praepudiciosi actum, successu tempo-
ris iterum reparatum iri, de quo et Illma Excellentia
Vestra spem fecerat; Nam nemo vitio mihi vertet
quando invigilabo, quo minus jus ab antecessoribus meis

à tempore primæ subjectionis acquisitum, et ma-
 tis sumtibus conservatum, contra indefensum et inau-
 tum præcipiatur; nam quamvis Pilten Domui Ducali
 tempore subjectionis promittatur, et huc usq̄ intra termi-
 nos promissionis permanserit, nihilominus tamen in om-
 nibus Investituris fuit conservatum, jus verò Episcopale jam
 ante Pacta subjectionis et tempus imemorabile evanuit, et
 tam citò reviviscere nequit; certè non sum in culpa ne
 occasionem dedi Dño Episcopo Livoniae pro singulari
 semper habito Amico, ut contra declaratum affectum ex
 me insurgeret et jus mihi competens tam levis et pro
 nullo tractaret. Inclusas literas à Dn: Residente Pla-
 ter proximè præterita posta ad transmittendum percepi,
 quas adjungo. Illm̃a Excellentia Vestra conservabit constan-
 ter favorem hucusq̄ data quavis occasione mihi exhibitum
 quem omnibus vitibus et gratitudine demereri conabor ac ex-

Illustrissima Excellencie Vestre,

Observantissimus
Amicus et servitor

Gedani die 19. Aprilis.
a. 1713.

Ferdinandus Dux Curland.

2000 .

Ceysling Dux Perhardus
4 Apr 1713